

Deus igitur nec partem in mundo nec aliquam totus in celo nec aliquam in mundo. nec per singula loca diuisus nec in singulis diuisus est totus. Sed extra omnem locum repletur et in se continens cum cuncta creatura penetrans vniuersa per substantiam continuans ubique scilicet in omnibus et extra omnia est totus. sicut lumen lucerne in oculis omnium astantium totum lucet et in se ipso totum manet. non a se ipso recedit ut ad partes perueniat nec unum relinquit ut aliquid luceat. sed potius singulis et omnibus simul totum lucet. et in se ipso totum manet. Sic deus ubique et in omnibus est totus. et scilicet in se ipso permanet totus et a se non recedit sed cuncta in se colligit.

**Q**uo Christus totus in celo totus in virginis utero. **Ca. xxvj.**  
**H**ic queritur cum deus loco non includatur. quod Christus totus in virginis utero totus in celo predicetur. cum uterus virginis locus non dubitetur. In celo totus fuit in patris essentia. ut in anima tota sapientia. In virginis utero totus. ut verbum totum in voce. Deus enim initio et fine caret. et ideo omnino eternus manet. Igitur nichil ei fuit preteritum nec futurum recipit. sed extra omne tempus patris et semper ubique existit. unde et est cognominatur. quia eternitas eius omnia tempora disponens nullo tempore variatur. Etenim machina vestre multiplicis propositionis contrahit. nullum accidens cadit in deum. **¶** Fra tres.

Huius ruinam nō moleste ferimus. sed ad fra-  
gorē eius potius fautores applaudimus. qz p  
huius casū turris introitū speramus. sed cum  
hec machina sit discreta. ecce alia structura cō-  
tra turrim stat erecta.

**Q**uomodo deus sit solus immortalis solus  
inuisibilis.

**Ca. xxvii.**

**S**uperius dictum est qz solus deus sit im-  
mortalis. solus inuisibilis. Num ange-  
li vel anime mortales sunt aut deus est angelis  
inuisibilis. de quibz dicitur qz sp vidēt faciem  
pātis. **M.** Mutabilitas ē quedā mortalitas.  
dū enim quid de pterito in futurū mouetur. qñ  
pterito moritur. Deus solus est immutabilis.  
qz nichil pteiti ei de cedit nīl futuri accedit. Sed  
quicqd ē vel fuit vel erit. totū sibi sp pātis adest.  
Et sic nō pōt cogitari qz aliquñ iniciū habuerit.  
Ita qz non pōt cogitari qz vnqz finiri possit. An-  
geli autē mutabiles sūt. qz de preterito in pātis  
de pātenti in futurū mouētur. Preteritū quippe  
habent. futurū nondum habent. Constat enim  
qz socios angelicos olim amissos nō habent.  
et qz adhuc consortio sanctorum in terra pere-  
grinantium carent preterita memoria recollī-  
gunt futurum psciendo intelligunt. Et sicut  
potest cogitari qz aliquando ceperunt. ita eti-  
am potest cogitari qz finiri possint. sed cum et  
ipsi creaturam in se mutabilem considerant.